

14 dieta. Præterea, beneficia quæ huc usq; diximus, in Ecclesia Eborensi sunt officia multa, in quibus illa præcipua sunt, duo magistri capellæ, quorum unus modum, & rationem alijs cantoribus præbet, ut rectum modū ac tenorem in canendo obseruet, alius docet artem canendi, est etiam Subcantor, qui horas canentibus & diuinas laudes, modos regulasq; musicas præfert, sunt cantores muldi, qui artis peritia & vocis organo canedo, huic alma Ecclesiae inferuiunt, quibus ex abundantibus redditibus fabricae 15 Ecclesiæ cōpetēs salarium assignatur. In qua re id maximè notandum est, hæc officia non ad libitum posse auferri, sed cum iusta causa, & iuris ordine seruato, argumento leg. vt gradatim § fin. ff. de munieribus & honor. Quiniam enim officia publica post quam semel sunt collata alicui, ab eo auferri non possunt iniuste, arg. l. id quod nostrum ff. de regulis iuris, nisi consuetudine, vel lege contrarium obtētum sit, nra cap. fin. de consuetudinib; q;ibus ff. de legibus nota Boer, decis. 149. & ita p̄ax i se cipitur, nra enim aliqui à prædictis officiis moti efficiant illa suę restituti, non solum in iudicio seculari sed Ecclesiastico. Huiusmodi plures habendo ventilatum est. Restitutus fuit quidam cantor ad officium. Cantoris in Ecclesia Eborensi cantor ut antea galbae in his cantoribus & horis contigit

suetis interfuerat, non tamen salariū illi præstitum fuit: dubium fuit, an ex vi sententiæ, quæ ei restitu tionem dabat, posset compelli pars aduersa ad sa larium præstandum? & videbatur quod non, quia sententia solū iubebat, ut cantor ad officium re stitueretur, planè ille ad officium canēdi restitutus fuerat, ergo videbatur ex vi illius sententiæ amplius agendum non esse, ut scilicet salarium præstaretur.

17 Contrarium tamen consultus respondi, nam præ ceptum iudicis iubentis restituere cantorem ad pos sessionem sui officij, non solū intelligendum erat de officio ad canendum, sed etiam ad percipiendum salarium, quod pro illo officio præstari solet. Pri mò ex eo, quia leges iubent spoliatos restituere cap redintegranda 3. q. 1. l. fin. (ibi, restituere debeat) ff. decui & vi arm. Plane verbum, restituere, in lege positū, fructus etiam continet l. in condemnatione 13. §. cum verbum .ff. de regul. iur.

18 Secundò facit quia iubens restituere possessionē, iubet etiam fructus restituere, l. si stipulatus sis. ff. de verborum l. hæc verba 73. ff. de verb. significatione vbi Iureconsultus censet verbum, restituere, viri boni arbitrio, fructus continere (ibi, pro viri boni arbitrio est.) At viri boni arbitrium iudicis arbitrium est .l. sed si vnius .§. prætor ait .ff. de iniur. l. vir bonus, ff. iudicatū solui, & aliquando is intel ligitur

ligitur, quando boni viri arbitrio relinquuntur l. cōtinuus. §. cum ita. ff. de verbor. cūm igitur ex boni viri præcepto (id est iudicis) cantor restitutus sit, intelligendus est etiam restitutus ad fructus, & in hoc casu, in quo agitur de possessione accipiēda quoad tertium non esse plenē acceptam, nisi etiam fructus percipiat: colliges ex notatis per Matth. de Afflict. lib. i. constit. rubrica 25. n. 18. Fabr. in. §. retinēdā n. 19. Instit. de interdictis.

### S Y M M A R I U M E X H C A P . n S E Q .

**E**xpliatur quid sit aurum coronarium, reiecta interpretatione Accurtij.

Antiquitus Imperatori triumphanti corona laurea donabatur, postea aurea attributa fuerunt.

### C A P V T X V I I .

Dicollationem auri coronarij, placuit neminem absq; constitutine esse cogendum. Haec sunt verba

Imperatoris Arcadij in l. vnic. Qod.

de auro coronario lib. x. Accurtius

minime

## DIVERSORVM IURIS ARGUMENT.

mainime intellectus quid sit aurum coronarium. Olim  
inter coronas bellicas, quae victoribus donari sole-  
bantur, Imperatori triumphantis auctæ coronæ mit-  
tebantur. Aulus Gellius lib. 13. mod. Attic. capl. 6.  
„triumphales, inquit, coronæ sunt auctæ, quæ Im-  
peratoribus ob honorem triumphi mittantur. Id  
vulgò dicitur aurum coronarium, hæc antiquitus  
è lauro erant, post fieri ex auro cæptæ. Hæc Aulus  
Gellius. Idem insinuat Capitolinin. Anton. Pium  
fol. 2. negat igitur Imperator in hac l. vñica, teneri  
aliquos ad collationem istarum aurearum coro-  
narum, nisi illi, qui ab antiquitus illas præstare so-  
liti erant. Secundum quæ intelligendus est tex. in  
l. Iudæorum Codo de Iudæis.

## SUMMARIVM EX CAP. SEQ:

**R**Eferuntur verba l. cum in plures. §. locator horrei .ff.  
locati.

Traditur communis intellectus huius. §. locator horrei.

Rejicitur communis intellectus ad. §. locator horrei.

Propositum in mente retentum nihil operatur.

Olim protestantes, vel denuntiantes aliquid, id faciebant in  
tabulis, idque propositum vocat. Iure consultus in hac le-  
ge.

Qui post propositum vidit id, contra quod denuntiauit, vel  
protestatus est, & tacuit, videtur illud remisisse.

CAP.



## CAPUT XVIII.

Ocator horrei propositum habuit  
se aurum, argentum, & margaritas  
non recipere suo periculo, deinde cu  
sciret has res inferri passus est, perin  
de eum futurum tibi obligatū dixi  
ac si propositum fuerit remissum. Ita inquit Iure  
consultus in l. cum in plures. §. locator horrei ff.  
locati gl. Bar. & alij existimant, Iure consultum  
hic agere de proposito in mente retento, & ita Bart.  
in summario scribit, propositum in mente reten  
tum, parti non expressum, nihil relevat: sed pro  
fectò non est probabile, Iure consultum cogitasse  
de proposito in mente retento cum id nihil in foro  
exteriori operetur, si enim in yltiinis voluntatibus,  
id non attenditur l. quidam cum filium ff. de hæ  
red. instituend. cap. literaturam, de voto, nec etiā  
quoad Deum Sot. lib. xxi de iustitia & iuri quæst. 1.  
art. 2. Nauar. in man. cap. 12. n. 26. quanto magis  
in contrariis despiciendum est. Secundò facit,  
nam Iure consultis assicit perinde cum futurum  
conductorib[us] obligatum ac si propositum fuerit re  
missum, ergo si non fuisset propositum remissum  
vel pro remissio non habaretur, locator esset obliga  
tus conductori, quod quidem minime fuisset, si es  
tit

101 DIVERSORVM IVRIS ARGVM.

set solum propositum in mente retentum, illud enim absq; illa remissione non obligaret, iuxta d.l.  
5 quidam cum filium. Quapropter aduertendum est olim protestantes aliquid, vel denuntiates, solere in tabulis defixis id publice proponere, ad quod alludens Claudian. in Eutropium sic ait.

” Suffixa petenti

” Vestibulo praetius distinguit regula gentes.

Idque quod proponebatur, propositum dicebatur, de quo Iure consultus hic agit, denuntiabat enim locator per illud propositum in tabulis defixum, se non recipere aurum, gemmas, & alia similia, si tamen aurum & gemmas vidit in horreum inferre,  
6 & tacuit videtur remisso propositum, & ita obligatum esse, ac si denuntiationem minimè fecisset, vel denuntiationi factæ, aut protestationi renuntiasset.

**SYMMARIVM EX CAP. SEQ.**

**E** Numeratur aliquot genera fructuum, quæ dignitatibus & canonigis in Ecclesia Eborense attribuuntur. In Ecclesia Eborense est duplex genus distributionum, quædam sunt minores, maiores alteræ.

Refertur locus concilij Tridentini sessione 21. de reformatio-

matione cap. 3. & sessione 22. cap. 3.

Non possunt augeri distributiones quotidianæ in Ecclesia Ebo-

rense.

Conci-

Concilium Tridentinum noluit ut Canonici singulis horis canonicis cum tanti lucri amissione interessent, sed ut quotidie ad Ecclesiastici accederent.

Expenditur statutum Ecclesiae Eborensis ad hanc materiam pertinens.

Fuit lata sententia excommunicacionis in canonicos ut distributiones augerentur.

Tractatur an appellatio praeceptum de augsdis distributionibus quotidianis impediret.

Contrarium asseritur.

Nulla prohibitio appellationis impedit effectum suspensuum, si modus excedit.

Modus exceditur, quando aliquid precipit contra statutum, vel inueteratam consuetudinem.

Canonici post appellationem interpositam, poterant celebrare.

Modus exceditur, quando aliquid precipit contra statutum, vel inueteratam consuetudinem.

Canonici post appellationem interpositam, poterant celebrare.

Modus exceditur, quando aliquid precipit contra statutum, vel inueteratam consuetudinem.

Modus exceditur, quando aliquid precipit contra statutum, vel inueteratam consuetudinem.

Modus exceditur, quando aliquid precipit contra statutum, vel inueteratam consuetudinem.

Modus exceditur, quando aliquid precipit contra statutum, vel inueteratam consuetudinem.

Modus exceditur, quando aliquid precipit contra statutum, vel inueteratam consuetudinem.

Modus exceditur, quando aliquid precipit contra statutum, vel inueteratam consuetudinem.

Modus exceditur, quando aliquid precipit contra statutum, vel inueteratam consuetudinem.

Modus exceditur, quando aliquid precipit contra statutum, vel inueteratam consuetudinem.

Modus exceditur, quando aliquid precipit contra statutum, vel inueteratam consuetudinem.

Modus exceditur, quando aliquid precipit contra statutum, vel inueteratam consuetudinem.

Modus exceditur, quando aliquid precipit contra statutum, vel inueteratam consuetudinem.



## CAPUT XIX.

Ixiimus superius in cap. decimo septimo de beneficijs, & officijs huius almæ Ecclesiae Eborensis, nunc paucadicemus de distributionibus: sunt enim emolumēta, quæ dignitatib. canonicis, & alijs beneficiarijs elargiri solēt, in qua se illud sciendū est, diversa genera fructū, & remolumētorū ad præbendas pertinere, nam sunt fructus (quos grossos vocamus) frumentū scilicet, quod ex parochianis iure decimarū colligitur in horreū, cuius duas partes ad Archiepiscopū, una ad capitulū pertinet:

## DIVERSORVM IURIS ARGUMENT.

pertinet: plane hoc frumentum, fructus grossos ap-  
peliamus, distinctos scilicet à distributionibus quo-  
tidianis. Est & aliud genus fructuum, (quod pitácas  
vocabamus) illud cōstat ex gallinis, porcis, arietibus,  
cera, melle, & alijs rebus: sunt etiam folia id est pe-  
cunia, quæ ex aliquibus rebus extraordinarijs colli-  
gitur, nec recipitur à procuratore destinato ad exi-  
gendas pecunias certas ex publicanis, vel alijs per-  
sonis: cum enim incertæ sint per folia canonicijs  
distributioniuntur. Est & aliud genus fructuum, quod  
principalius & maius est, nempe distributiones: hæ  
duplices sunt, paruæ quædā, maximæ alteræ: nam  
illæ, quæ applicatæ sunt horis canonicijs ordinarijs,  
puta vesperis, completorio, matutino, primæ, ter-  
tiæ, sextæ & nonæ, paruæ sunt, non enim excedūt  
centū ducatos, totēnī cūlibet præbēdæ appli-  
catæ sunt, aliæ vero, quæ applicatæ sunt horis de-  
functorum maiores sunt, quippe quæ omnes alios  
redditus consumiūt, longa enim & inueterata huius  
Ecclesiæ consuetudine fere omnes redditus cano-  
nici lucrantur, si intersint Responsorijs, quæ pro  
defunctis decantantur manè, & vesperi. Addo fere  
omnes fructus (exceptis paucis) ut iam dixi, cano-  
nicos lucrari, si quotidie intersint bis illis Respō-  
tijs, quæ pro defunctis decantantur manè & vesperi,  
quod si manè non intersint, perdūt diuidiū dicim.  
id est

id est dimidiatatem fructuum, quam propter illam  
interessentiam lucraturi erant, idemque est si vesperis  
dictis responsorijs non interficiunt, nisi vel morbo im-  
pediti, aut alia iusta causa non interfuerit, vel die-  
bus concessis ad recreationem non videntur, idque  
apud nos dici consuevit, lucrari per dies, & medios  
dies. Hæc ita minutim explicaui ut clarius expli-  
carem dubium quod mox proponam. Extat in  
sacrosancto concilio Tridentino locus insignis in  
sessione 21. cap. 3. de reformatione, & in sessione  
22. cap. 3. de reformatione: ubi Episcopi tanquam  
delegati à sede Apostolica possunt diuidere ter-  
tiam partem fructuum, & eam applicare distribu-  
tionibus quotidianis: huius rei causa Archiepiscop-  
pus voluit in hac Ecclesia tertiam partem fructuum di-  
uidere, & applicare horis ordinarijs canonicas, putat  
vesperi, cōpletorio, matutino, primæ, tertiae, sextæ,  
& nonæ, ita ut quingenti ducati applicaretur in di-  
ctis horis vni præbendæ, cum antea solūm centum  
applicata essent: è cōtrario capitulum recusauit id  
facere, ex eo, quia illa diuisio ab antiquitus cōstituta  
fuit per statuta Legati, cōfirmata authoritate Apo-  
stolica, & iuramento canonicorū, quærebatur quid  
iuris? Dixi non posse Archiepiscopum id facere,  
primò quia hæc diuisio cum fuerit obseruata per  
tempus immeinoriale, pro lego est obseruāda, cap.

O super

## DIVERSORVM MVRAS ARGUMENT.

super quibusdam. §. præterea de verbis singulis.  
l. 3. §. ductus aquæ s. de aqua quot. & æstiu. l. 1. §.  
final. imptinc. s. de aqua pluvia arcend.  
Secundò quia cōcil. Trid. in di sessione 21. capo  
3. constituit Episcopos id debere facere in Ecclesijs,  
in quibus nullæ sunt distributiones quotidianæ, vel  
ita tenues ut verisimiliter negligantur, non possunt  
autem dici distributiones quotidianæ tenues, qui-  
bus cuilibet præbendæ centum ducati plus minus  
applicati sunt; insuper dictæ distributiones non ne-  
gliguntur verisimilitè (ut in facto videamus) video  
enim certè in hac Ecclesia ita quemlibet canonici-  
cum, & beneficiariū horis illis interefle, ac si in illis  
maximā & notabilem fructuū copiam lucraretur.  
Tertiò facit quod illa loca conciliij non intelli-  
guntur de Ecclesijs, in quibus dignitates canonici,  
& alij beneficiarij non seruiētes quolibet die amitt-  
unt quod tertiam partem fructuum ascendat, vel  
maiorem, ut expresse in illis locis cauetur: plane  
dignitates canonici, & beneficiarij, quolibet die  
non seruientes, immo & quolibet medio die amitt-  
unt plusquam tertiam partem fructuum, ut est nota-  
rium in hac Ecclesia, ergo non potest Archiepisco-  
pus augere dictas distributiones. Nec obstat quod  
pro parte cōtraria allegari potest, illud non luctari  
canonicos in horis canonice ordinarijs, sed in hora  
certa

certa defunctorum, & responsorijs, id enim parum  
refert cum & horæ defunctorum verè sint hortæ ca-  
nonicæ, maximeque sit necessarium illas preces fa-  
cere pro animabus illorum, qui sua tam libenti a-  
nimo Ecclesiæ tradiderunt; tum quia ex Bullis sum-  
morum Pontificum, quæ in hac Ecclesiæ obserua-  
tur, redditus, qui in illis responsorijs licentur dis-  
tributiones quotidianæ reputantur. Concilium  
enim Tridentinū non voluit ut canonici sub amissi-  
sione tanti emolumenti singulis horis inseruissent,  
in qualibet hora insistentes (ille enim labor era et im-  
mensus, illis non bene notus, qui in Ecclesijs cathe-  
dralibus, aut collegiatis non inseruissent assiduo ca-  
nendi exercitio defatigati, matutinis frigoribus  
cæsi, & pomeridianis caloribus æstuantes, vix ani-  
mam agerent) monet enim & hortatur Episcopos,  
ut benignè cum canonici sagant, de reformatione  
cap. i. l. s. 13. ubi ait in hunc modum. Illud pri-  
mum eos admonendos censet, ut se pastores, non  
percussores esse meminerint, atque ita præesse sibi  
subditis oportete, ut non in eis dominetur, sed illos  
tāquam filios, & fratres diligat &c. solum id voluisse  
se perspicuum est, quod canonici non lucrarentur  
distributiones quotidianas, & alios Ecclesiæ pro-  
uetus cum in Ecclesia non resideret, nec ei penitus  
inseruissent; si enim illis sanctis & pijs Patribus

O ij dictum

## DIVERSORVM IVRIS ARGVM.

dictum fuisset, quid statuendum est in Ecclesia,  
in qua omnes prouentus, & fructus ita distribu-  
untur, vt canonici non interessentes quotidie in  
Ecclesia manè, & vesperi pro rata ferè fructus om-  
nes amittant? profecto sine dubio dicerent, de ea  
nil fuisse locutos, nisi in illis verbis dicta sessione  
,, 21. cap. 3. saluis tamen consuetudinibus earum  
,, Ecclesiarum, in quibus non residentes, seu non ser-  
,, uientes, nihil, vel minus tertia parte percipiunt &c.

Cùm igitur id in hac Ecclesia fiat, merito dicen-  
dum est, Concilium prædictum eas constitutiones  
6 saluas voluisse; nec illius auctoritate posse infrin-  
gi. Memini me aliquando dixisse, nec Conciliū,  
nec statuta nostra voluisse vt canonicus sub amis-  
sione tanti lucri singulis horis interesset, sed so-  
lum canonicum, obligasse vt cuique horæ subi-  
missione alicuius lucri interesset, at sub amis-  
sione magni, & notabilis emolumenti cogere-  
tur manè & vesperi vni horæ interesse, responso-  
rijs scilicet defunctorum quod non inani ratione  
deducta ab ipsis statutis persuadebam: nam extat  
apud nos statutum disponens in diebus festiuis,  
& dominicis si in hac viba resideat canonicus,  
non possit manè dimidium illum diem accipere,  
& lucrari emolumenta illius dimidii, si respon-  
sorijs

sorijs non intersit; perspicuum autem est, statutum id fecisse ne canonicus, vel beneficiarius defineret die festiuo, vel dominico Ecclesiam adire, & tamen statutum non coegit canonicum, vel beneficiariorum interesse singulis horis in die festiuo, & dominico, sed tantum in responsorijs defunctorum, ergo probabile est, nostra statuta noluissent cogere canonicos, & beneficiarios sub ammissione notabilis lucri, ut singulis horis interessent, sed ut illi soli, in qua pro defunctorum animis Deum deprecamur. In qua re aliud dubium fuit ventilatum: nam Archiepiscopus per viam visitationis voluit has distributiones augere, cumque id præcipiteret, iuberetque canonicos ut id obseruarent, canonici ab eo ad sedem Apostolicam, & eius Legatum appellarunt, nihilominus in eos excommunicationis sententiam protulit. De duabus consultus fui, primò an appellatio in his terminis, suspenderet vim illius præcepti?

Secundò an canonici appellantes possent securè celebrare, & alios actus gerere? Quantum ad primum videbatur quod illa appellatio non haberet effectum suspensuum, ne vim præcepti retardasset, ex concilio Tridentino sessione 24. cap. 10. de reformatione, ibi, Etiam tanquam Apo-

O iij stolicæ

<sup>703</sup> DIVERSORVM IVRIS ARGVM.

„Stolicæ sedis delegati, ea ordinandi, moderandi,  
„& puniendi, & exequendi iuxta canonum san-  
„tiones, quæ illis ex prudentia sua pro subditorum  
„emendatione, ac diœcesis suæ utilitate necessaria  
„videbuntur: nec in his ubi de visitatione aut mo-  
„rum correctione agitur exemptio, aut ullæ inhibi-  
„bitio, appellatio, seu querela, etiam ad sedem Apo-  
„stolicam interposita, executionem eorum, quæ ab  
„his mandata decreta, aut iudicata fuerint, quo-  
„quomodo impedit, aut suspendat &c. idque ip-  
sum in simili intendit in alijs capitulis, ergo cum  
in hoc casu per viam visitationis procederetur, del-  
bebant canonici obtemperare absque ullâ dilla-  
tione. Contrarium tamen respondi, dixique non  
michi videri probabile, quod aliqui iudices existi-  
mant, scilicet concilium Tridentinum voluisse ut  
in quacunque causa visitationis, appellationis ef-  
fectus suspensius tolleretur. Solùmque ad obser-  
uandum fore ubi agitur de correctione thorum;  
quod aliquibus rationibus probabo, etenim appel-  
latio legitimè interposita illos duos notabiles ef-  
fectus habet, deuolutium scilicet, & suspensum;  
cap. Romana .§. si vero, cum sequentibus, cap. non  
solùm, de appellation. in 6. ergo cum appellatio  
legitimè fuisset interposita operabitur illos duos  
effectus.

effectus, & ita suspendet effectum præcepti, à quo  
est interposita: nec obstat concil. Tridentinū ubi  
supra quia in principio non agit de impedienda  
appellatione, vel eius effectibus, sed tantum con-  
stituit, in his quæ ad rectam gubernationem dice-  
cessis pertinet, Episcopum posse procedere, ut dele-  
gatū sedis Apostolicæ, in his vero, solum in quibus  
de visitatione, & correctione morum tractatur,  
nullam appellationem executionem impedire: pla-  
ne illa verba, à visitatione, aut correctione mo-  
rum, non disjunctiue, sed coniunctiue accipienda  
sunt, ita ut sit sensus, non posse quenque appellare à  
visitatione, & morum correctione, quod id ipsum  
antea constitutum erat cap. irrefragabilij, de offic.  
ord. cap. ad nostram, de appellatione, at in his quæ  
in visitatione occurrunt, praeter morum correcti-  
onem, non est verisimile, concil. Trident. loqui-  
pum fuisse.

Primo quia non facile debemus præsumere,  
unico verbo (visitatione) voluntate concilium Tri-  
dentin. derogare iuris dispositioni, quia scilicet ca-  
uetur appellationem interpositam habere effe-  
ctum suspensum dict. cap. Romana dict. cap.  
non solum, adiuncto cap. cum non expedit, de  
temp

O hñ ele-

electione in sexto, leg. si quando Cod. de inoffic.  
testament.

Secundò quia verba dicti concilij id suadent,  
nam in dict. cap. 10. in principio afferit generali-  
ter Episcopum tanquam sedis Apostolicæ dele-  
gatum posse ordinare, moderari, punire, & ex-  
equi ea omnia, quæ illis pro subditorum emen-  
datione, ac diœcesis suæ utilitate necessaria vi-  
debuntur: subdit inferius, quasi limitans ea, quæ  
, generaliter dixerat, Nec in his vbi de visitatione  
, aut moruni correctione agitur exemptio, aut vi-  
, la inhibitio, appellatio, seu querela etiam ad se-  
, dem Apostolicam interposita executionem co-  
, rum, quæ ab his mandata decreta, aut iudicata  
, fuerint, quoquo modo impediāt, aut suspendat &c.  
quasi solum intelligat appellationem non sus-  
pendere ea, in quibus de morum correctione, seu  
visitatione agitur. Cum igitur præceptum circa  
distributiones quotidianas non concernat visita-  
tionem, aut correctionem moruni, appellatio de-  
bebat suspendere præceptum Archiepiscopi. Et  
ita interpretati sunt illustrissimi Cardinales ad-  
dentes, tunc solum in visitatione, & correctione  
morum appellationem non suspendere executio-  
nem

nem, quando ad emendam Prælatus procedit, nullo processu facto iudicali, alias secus. Pro qua sententia facit quod quantumcunque appellatio prohibetur, & eius effectus, si modus excedatur, nunquam censetur appellatio prohibita, immo si ab eo appelleatur, qui modum excedit, appellatio suum effectum obtinebit non solum deuolutium, sed suspensiū cap. ad nostram, de appellat. cap. nouit. eod. tit. optim. text. in c. irrefragabili, de offi. ordin. (ibi nisi formā in talibus excederint obseruādam,) plane in hac re modus excedebatur: tunc enim modus exceditur, quando aliquid præcipitur contra statutum, vel inueteratam cōsuetudinem ut patet, & colliges ex Cardinali ad fin. in d. cap. ad nostrā, vbi Dec. n. 6. vers. sed considerandum est. Nam pro statutis & consuetudine prima fronte præsumuntur, cap. in his. ij distinct. cap. cum dilectis, de cōsuetudine l. de quibus, cum sequentibus ff. de legibus. cūm igitur hoc præceptum fuisset contra statuta longa cōsuetudine huius Ecclesiæ cōfirmata, modus excedebatur, & ita appellatio non solum deuolutium effectum, sed etiam suspensiū habebat. Quantum attinet ad secundum dubium ex præmissis deciditur, cōstat enim legitimè & ex causa fuisse interpositam appellatiōnē, & itacum canonici

DIVERSORVM IURIS ARGUMENT.

nonici bona fide, & ex causa legitima appellassent, securè poterant de ea appellatione confidere, & ita celebrare, & communicare si prius aliquo modo causam appellationis, & iustitiam ostendissent, de propter scandalum cap. dilectis, de appellation. Post alios Nauar. in cap. cum cōtingat de rescriptis remed.

2.n.6.vers. secunda deci-  
sio; & notasti su-

pra cap. 5.

n. 19.

L A V S D E O.

¶ Quæ in hoc opere diximus, omnia submittimus  
correctioni sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ.



DE VERSORVM PVRBIS QVADAM  
nuncib[us] mafis & exaduasq[ue] dicitur q[uod] dicitur  
liberis inquit de b[ea]tissimis d[omi]n[is] q[uod] dicitur  
q[uod] dicitur q[uod] dicitur q[uod] dicitur q[uod] dicitur  
cavat[ur] ap[er]t[ur] h[ab]et[ur] s[ecundu]m q[uod] dicitur  
q[uod] dicitur q[uod] dicitur q[uod] dicitur q[uod] dicitur

AVS DEO.

q[uod] dicitur q[uod] dicitur q[uod] dicitur q[uod] dicitur  
concedit[ur] p[ro]p[ri]et[ate] d[omi]ni q[uod] dicitur

d[omi]n[is] d[omi]n[is] d[omi]n[is] d[omi]n[is]

VITA CLARISSIMI VIRI  
Michaelis Gabedij Senatoris Regij,  
& Olyssipponeensis ciuitatis gu-  
bernandæ, triumtiri.



N Lusitaniæ ora maritimæ iunctæ  
radices Barbarij Promotorij, si-  
tum est nobile quoddam, & opu-  
lentum Oppidum, quod vulgo,  
Setubal dicitur, olim verò à Ge-  
ographis Cetobrica, & Cetobrix  
dicebatur, ut constat ex Pompo-  
nio Mela, Ptolemao, & itinera-  
rio Antonini.

Tanta autem eius situs est  
amoenitas, ac pulchritudo, ut il-  
lum naturâ ipsa velut penicillo  
depinxisse videatur: nam ab Occidentali plaga mare habet  
Oceanum nobilium piscium omnis generis, & præcipue Mul-  
lorum, Solcarumq; copia redundans. Ab Orientali autem, Cal-  
lipodeta fluvium, Sadenum hodie dictum, non solum lintrum,  
sed etiam viagiorum usque ad quinquaginta ferè millia pas-  
suum capacem: quo fertiliissimus ager irrigatur, optimi titrici,  
& omniis, quas terra producit, frugum feracissimus: præterea  
incredibili Salinarum prouento celebris, ex quibus ingens can-  
didi salis copia, onerarijs Belgicis, ac Germanis in Septen-  
trionales regiones quotannis asportari solet.

Oppidum ipsum flamine iam mari permixto, & ostio vi-  
cino alluitur a Meridionali parte, ubi æitu recedente spatio-  
sum, & incudum aspectu littus efficitur, arena tenui, & solidæ,  
nec vestigio cedente, ita firmum, ut & pediti, & equiti com-  
modissima, ac gratissima existat deambulatio.

Ex opposita vero moenium parte, oppidio egredientibus  
occurrunt pratinæ moenium, contingentes circiter passibus  
in longitudinem, ac totidem in latitudinem patens irriguis-

aquarum, aliis, innumeris præterea hortis, pomarijs, Syluis  
vineis vndeque cinctum.

Ager autem altissimis montibus clauditur, in quorum ver-  
tice Palmella conspicitur, oppidum haud contemnendum,  
quo à copia mellis Polymellam olim dictum fuisse suspicor.  
Horum montium aspectus lauissimus est & maris prospexit  
æquiparari potest: distant enim à muris sex tantummo. io pas-  
sum millibus: multis villarum ædificijs, & amoenissimis hor-  
tis, fontiumq; multitudine nobiles, præterea pinetis atq; alijs  
arboribus consistit. Arbuti etiam genus quoddam passim pro-  
ducunt, ex quo coccus colligitur ad tingendam purpuram.  
Eminentis, quem Plinius laudat, non inferior. Vnde non me  
diocro luxurians tenuis oribus obuenire solet.

Caeduntur etiam in omnibus illius promontorij iugis la-  
pides, quos vulgus propter admirabilem pulchritudinem co-  
lorumq; varietatem, laspides appellat, ex quibus muri ipsius  
urbis maiori ex parte constant: quorum ambitus quadrata for-  
ma, tria ferè passuum peripheria amplectitur, præter duo suburbia,  
in quibus non exigua hominum multitudo degit.

Vrbis ædificia tam urbana, quam suburbanæ pulchra; ad  
solida structura constant, inter quæ multæ sunt potentiorum  
ædes magnifice extructæ: sed peculiari quoiam splendore  
emines nobilis, & antiqua Cabediorum domus, versus septen-  
trionem, iuxta urbis murum, & in ipsis moebris sumptuose  
ædificata.

In hac domo natus est Michael Cabadius, anno salutis mil-  
lesimo quingentisimo vigesimo quinto. Patrem habuit Ge-  
orgium Cabedijum virum nobilissimum filium Jacobi Cabe-  
dij, ex nobilissima Quebediorum familiâ.  
Materem vero Terasiam Pinariam, sororem clarissimi  
vici Condigalui Pinarij Episcopi Visentis, matronam omni-  
num virtutum genere ornatam, sub cuius tutela mansit, cum  
patrem amississet annos natus plus minus decem.

Literas humaniores discere coepit Olyssipone, quæ Cen-  
tohina distat viginti quatuor passuum millibus, id est sex no-  
stantibus leucis, quæ quadrant cum numero ab Antonino as-  
signato. Cum

Cum vero annis ageret decimūm tertium vniusq[ue]ā  
cum Ioan[es] Pinario fratresq[ue] q[ui] postea dicitur Iohannici f[or]e  
lusionem ingressus, cūm magnus theologus esset, missus ad  
Concilium Tridentinum à Rege Sebastiano, Ro[mano] obiit. In  
Galliam ab aunculo accersitus, Bayonam Aquitaniæ urbem,  
& deinde Burdigalam peruenit, ubi biennij spatio in politiori  
ribus literis multum profecit. Postea vero in Academia Tho[mas]  
Iolana loquens Coraliū, Ferdinandum Berengarium, Fe[der]erum,  
Moniabracum, & complures alios insignes viri, quæ  
iuriis interpres summo studio coluit, quibus oī ingenij acu-  
meni, & morum probitatem, charus, & gratus imprimit exal-  
tit.

Deinde in Lusitaniam reuersus anno millesimo quin-  
gentisimo quadragesimo secundo, Coimbræ, Antonium  
Sozium Olysiponensem, & Martinum Azpilcueta Na-  
tuarum, & nonnullos alios Pontificij, & civilis iuris profes-  
sores diligenter audiuit.

Cumque iterum in Galliam rediisset Aurelianensem At-  
cademiam, ac deinde celebre illud Parisiense omnium sci-  
entiarum comitium adiit: ibiq[ue] cum Vigetimus secundum  
etatis annum yxattigisset comediam primam Aristophani,  
quæ Plutus inscribitur, è græca in latiūm linguam ele-  
ganter conuerſam, in lucem edidit, aunculo nuncupatam,  
qui eōtempore apud Francicum Galorum Regem legatione  
fungebatur. Sed quia alibi hac de re diffusius, hic iam solus  
attingere contenti, ad ea properabimus, quæ gessit in mag-  
istris, oœundis, quos tere omnes gradatim ac summa  
cum omnium bonorum propensione, & applausu conseq[ue]n-  
tus est.

Primumigitur ad senatoriom dignitatem admissis in  
suprema illa curia, quæ Supplicationis valgo dicitur, magnis  
apud omnes integratissimis, & doctrinae famam libi comparauit.  
Neconuero post erminium Auditor ut vocant) creatus, in ero  
dib[us] animi moderatione, & æquitate munus illud, & reliqua  
oposita, quæ gessit ad amicis strans.

Pernotus itaque serenissimus Rex Sebastianus eius vir-  
tutum, & eruditissimæ famæ, cuius per diuersas Lusitanias prouin-  
cias

etiam certum Senatorum numerum cum supra potestate mittere decreuisset, illum honoris fidentissimo munere ornatum ad Cistaganam regionem delegauit, cui praeerat Petrus a Cingna vir summo loco natus, quo post paucos menses a Rege, ad quendam bellum munia subeunda reuocato, ipse in eius locum suffectus est, & praesidis officium suscepit, in quo ita se gessit, ut purgata maleficiis hominibus provincia, & optimè ubique ordinato reipublicæ statu, maximā decus & celebrem nominis famam sine reportauerit.

Mox verò cum Regi visum è Republica fuisset, tres gravissimos viros ex Senatorio ordine, Olyssipponensi ciuitati gubernantiae præficere, ipse inter primos nominatus est, qui ad eum triminutum assumetur: in quo munere tanta nominis celebritate floruit, ut audit obitus eius nuntio, populus Olyssiponensis illum publicè iugeneret, ut communem paratem, & egregium libertatis suæ defensorem.

Idque mihi Christophorus Tauoræ vir nobilissimus, qui rūc gratia apud Regem plurimū poterat, se vidisse narravit, cum me o's conceptum ex illius obitum moerorem consolaretur. Quin etiam cum post luctus tempus, ipse Regem adiisset, deque eius meritis verba facerem, benignissimus Princeps vix lacrymas comprimens, & ingemiscēs, in eius laudes prorupit.

Quod etiam mihi contigit apud piissimam, atque sapientissimam Reginam Catharinam Regis unam, & apud Henricum Cardinalem, qui Sebastiano in regno succedit, & apud reliquos principes. Omnes enim illum ut virum pium, & optimè de Republica meritum, præterea singulari eruditione præditum, & vehementer amabant, & tam integra adhuc atate e vita decedere agrē ferebant.

Nam quinquagesimum secundum annum agebat, cùm graui morbo correptus, intra paucos dies obiit, compositis prius cunctis rebus, tam quæ ad animi salutem, cuius illi semper præcipua cura fuit, quam ad sepulturæ locum, liberorumq; tutelam, & honorum successionem pertinebant. Quæ omnia aliquot annis antea, in tabulas testamenti redacta, occulteque semper apud se asseruata reliquit.

Tam manifesta autem signa pietatis dedit, usque ad ultimum

sum yit spiritu, ut & religiosi, qui aderant, & reliqui amici, qui funeri interfuerunt, magnopere illius animi constantiam admirarentur.

Obiit Olyssipone mense Aprilis anno millesimo quatuorcentesimo, septuagesimo septimo, in ea urbi, regione, ubi arx editissima sita est. Corpus suum in vicina sanctae Crucis Ecclesia depositi voluit, unde postea Cetobricam translatum & in sepulchro aucto collatum fuit, in celebri & magnifico sacratissimæ Virginis Mariæ templo in capella maiori in cuius parochia domus Cabedia sita est.

Vxorem unicam habuit Leonoram Pinariam de Vasconcellos, sutoriem meam, consanguineam hanc, ex qua septem liberos superstites reliquit, quinque videlicet filios, & duas filias.

Ex filijs natu maximus Georgius Cabedius de Vasconcellos, varijs amoris, & pietatis argumentis, erga Patris meorum etatis, tam in eius exequijs procurandis, quam in ultrafringendo corpore, & legatis adimplentis, eandem rei huius pietatem erga matrem, & reliqujs fratres exercens, thagmam apud omnes virtutis, & probitatis famam consequitus est: ac ipsa terrena vestigia ingressus, in Senatoris munere obeyundo atque alijs arduis negotijs ab invictissimo Rege nostro, Philippo, & a serenissimo Principe Alberto, ipsius fidei comitibus, conuolum summae integritatis, & doctrinae laude versatur, anno Dages etatis quadragessimum quartum.

Superest ut de eius scriptis, deque studiorum ratione alio quid dicamus. Et quod ad iuris civilis disciplinam attinet, multa scribere, & in licem edere potuisset, nisi persuasum haberet, parum ex ea re utilitatis reipublice prouenire, propter innumerablem prope librorum copiam, ex quibus tantum abest, ut aliqua lux legum obscuritati afferatur ut potius maiores in dies ex illis tenebras, atque ambages oriri videamus. Ut non in merito Imperator Iustinianus celebrissimo vetuerit editio, ne quis in posterum commentarios in ius civile scriberet auderet, idque etiam Summis Pontificibus cura fuit: sed auida hominum mens ad ea semper audienda, quæ verita & prohibita sibi, aut in dignatur, aut dolet, effecit ut hodie collidentibus

se in uicem doctorum opiniis opibus diffundit inquit, quicquam  
ecclia in iure a clericis en la sententia impendere, aut qui rap-  
te, sed numero proualeat. His ergo rationibus adhuc eius cum  
placuisse, et libet sacerdotibus sufficiat diligenter obseruatis, que  
actus, & copiose interpretari posuerit, omnino hoc ab ecclie  
primo abilitate condonandum dicendum in modum eugio.

Si Adinamam dicitur apparet adeo tenetum conscribenda, quibz

bus graviora studia remittere, & cum iniis in gratiam redire

posset, quae mealtari solebat, cum aliquid negotius aliquid tem-

poris supererat, vel cum iter faceret, aut alii electi in aquam

enim, nichil erat utiosus, quoniam dum ocium in actus fuerat.

Hoc ser. p[ro]p[ter]e libenter heretica eorum, quibus horum principis  
enim natus est, dicitur. Sebastianus Regius denectuisticus celeberrimus  
uit: cum vero idem Rex vigesimum tertium aetatis annos  
ageret, alesciens natali die ciuitas Olysiensis publicum vo-  
tum pro eius incolitate suscepit, splendens supplicatione  
excolisset, ipse prohunc docto sibi puperes (nam triuim patrum  
gerebat) no[n] erat in Regem, & in ciues laudes propo[n]itissimos  
complauisit, et ciuitati peculiari quoque amoris, & obsequiantis  
argumento cumulari cupiens, poemam illud composuit quod  
intervicitur (voca vigesima tercia) idque paucis horis, & quasi  
ex tempore, ut ciuitatis nomine pro natum manere regis  
offerri posset, o[ste]nisti antiqui ostendit agitur omniuersitate  
regis Circumstancia sum, & insignia gentilitia signa australis, duo  
elogia scripta gerebat, alterum in grece, quod ad verbum sic ha-  
bit, h[ab]eo speculum pro progenitor[um] in tripotteris suis relaque-  
riat, horum & virutis ergo Alcecum Platine in hunc mo-  
dum, Gloria aperta, tenuoq[ue] nunc conscienti exposita. Coluta  
100. Gracis licet inq[ui]siciu[m] operam in tempore impedit, quia quia  
hus adeo profecit ut, circa ipsius exitu[em] se, quam libet in scalle-  
ret, & feliciter in me plausimasse. Gracis anchoribus in atum  
fermantem concretae, quia in primis vtere iniuncte curant.  
Villas suis, & aedes morticulis & uliginosis inscriptionibus de-  
corant, statim, ut in portis innotescit, hoc ni amper, obli-  
x. Prudentia fuit singulari, oleum in matenac, peractu, dinge-  
nit, acce iusticio, & supplex habuit araires difformes, & obscuras  
in antiquorum libris peruersigatus, valde propinquus.

Opera Sidonij, Apollinaris, quæ librariorum incuria penitus corrupta, ac deprauata circumferuntur, na&to Parisijs, in bibliotheca Victoriiana, codice manucripto, restituere conatus est. Nec minorem diligentiam adhibuit in elucidandis varijs veterum authorum locis difficultoribus. Statura fuit nec breui, nec nimis procera, flavo capillo, hilari vultu, sed innata quadam grauitate decoro, & cuius alpe&tum, tam domestici, quam extranei non minus amabant, quam reuerebantur.

FINIS.

Clarissimi viri Michaelis Cabedij Epitaphium,  
per Ignacium de Moraes.

**O**ssa Michaelis sunt h̄ic tumulata Cabedi  
Quem legum, & iuris docta caterua gemit.  
Florentem studijs, genere, haud ætate labantem  
Mors tulit: humanis inuidiosa bonis  
Causarum iudex, inter quos regia honorat  
Curia, præclarum nomen adeptus erat.  
Cingebat gemina (quod rarum est) tempora lauro  
Inque forum Phœbum, Castalidasque tulit.  
Gloria sed maior morum est, & vita probata  
Quæ nunquam à recto deuia iure fuit.  
Ergo cadauer humo requiescit, ad astra volauit  
Mens iusta, & iusti iudicis ora videt.

FINIS.




Opere Signori, Abolitionis dux jiparionum nuncari debet  
ut in collibus, ac quibuscunque circumstancia, ergo finit, in  
punctione Agonis, codice dominus ipso, testificare co-  
mitate. Nec timorem diligenter adiungit in transversa  
aviles, ut etiam absoluimus locis huiusmodi. Secunda, nec  
per se, nec in his plumbis, uno cibillo, in qua vintem, tunc unum  
distribuitur, tunc, & cum aliis, tunc, etiam quadrupliciter.  
dicas exactius non ultra tempore, dum transversa.


E N I S.

Clericis anni Michaeles Capellis Episcopatus  
per longum tempore de Mores.

**O** Sicut Michaeles fuit hic tuniques Capelli  
Quoniam legamus, & iuris dogmata certiora dicimus  
Hoc tunica fuitque honeste, prudenter preparata  
Mors tunc: primi tunc iniquitatis potius  
Quoniam inde, inter duas legis motus  
Cuius, praecipuum ratione sapientia fuit  
Cuidat agmina (deinde latum est) cunctas ius  
Iudee fortunam propinquam, & usq[ue] ad ecclesias  
Gloria regni mortuorum est, & vita propria  
Quis mundanus est regis opem in te finit  
Ergo casuus primo rediret, ut sis in portu  
Mens iusta, & iusti iugicis ora videat.

E N I S.





CAB  
DIV  
ARG